

S I G G O   R E X   S V E T I A E.



**S**iggo ex familia Magog prognatus, post Vbbo  
nis fatum in regnum Gothorum & Sueonū suc-  
cessit, Anno mūdi craitonis bis millesimo. Hic clo-  
co opportuno ex suo nomine Sigtunum oppidum  
prope lacum Meler erigēdum curauit, ut esset ido-  
neum præsidium quo Barbari, Eſtiones, aut Finno-  
nes, siue alię Orientales gentes à uastādo Ger-  
manico arcerentur. Siggo ille subiectos sibi popu-  
los pacis & belli tempore per sexagintaquinque &  
amplius annos optimè administrauit, & ijs uerū u-  
sum armorum & legum ostendit. Tandem uero lō-  
go senio apud Vbsalensem Metropolim decessit,  
& omnibus magnum sui desiderium reliquit, circa  
annum diluuij quadringentesimum duodecimum.